



Reg. n. 48
2737/18

SS^{MI}. D^{NI}. NOSTRI
BENEDICTI PP. XIV.
BULLA

DISMEMBRATIONIS
Archiepiscopatus Burgenfis,

ET ERECTIONIS
Episcopatus Santanderiensis,

AD PRECES
FERDINANDI VI.
Regis Hispaniar. Catholici

CONCESSA

Die 12. Decemb. An. MDCCLIV.





BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.



Romanus Pontifex, cui Agri Domini cultura Divinitus est commissa, ubi cognoscit messem quidem multam esse, Operarios vero paucos, sua qua in Terra fungitur potestate, novos Operarios in Ecclesia Dei, quæ Ager Christi est, pro faciliiori animarum Christifidelium salute & directione, majorique Divini cultus incremento, maxime dum Regales Principes vere Catholica ac commendabili pietate id potissimum exposcunt, augere procurat; iisque omnibus, quæ hujusmodi bonum impediunt, opportunis, validisque remediis occurrere non prætermittit, prout arbitratur in Domino salubriter expedire. Cum itaque, sicut Nobis innotuit, aliàs, nempe in quinto decimo &

sexto decimo nostræ reparatæ Salutis respectivè
 seculis , à nonnullis qui tunc pro tempore
 fuerunt, Metropolitanæ Ecclesiæ Burgensis Ar-
 chiepiscopis annuentibus , etiam quin enixè
 tunc exoptantibus claræ memoriæ Philippo Se-
 cundo , ac Philippo Tertio, necnon Philippo
 Quarto , Regibus Hispaniarum Catholicis,
 proposita fuisset , nedum uti expediens , ve-
 rum etiam uti necessaria, Dismembratio dictæ
 Metropolitanæ Ecclesiæ Burgensis in longum
 & latum se protendentis per milliaria centum
 sexaginta , & Erectio novæ Ecclesiæ Episco-
 palis in Loco SANCTI ANDERII Burgensis Diœ-
 cesis , cum solus Archiepiscopus Burgensis par
 unquam esse non posset ad munus suum Pas-
 torale adimplendum in perlustranda adeo vas-
 ta Diœcesi mille septingentas quinquaginta
 quinque Parochiales Ecclesias , sexaginta duos
 Archipresbyteratus , tredecim Seculares &
 Collegiatis Ecclesias , & septuaginta octo,
 Virorum videlicet & Mulierum , Monasteria
 complectentè , & in regenda tam Cura anima-
 rum , quam Ovibus Diœcesanis suæ Jurisdic-
 tioni subjectis ; & pro hujusmodi dismem-
 bratione obtinenda supplici habito recurso
 pro parte tunc existentium Incolarum dicti

Lo-

Loci ad Sedem Apostolicam usque & de anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo, remissoque recursus hujusmodi examine ad Congregationem tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Rebus Consistorialibus præpositam, illa plures post annos, meritis Causæ hinc inde perpenſis in contradictione Partium, tandem ipsa Congregatio die vigesima septima mensis Septembris anni ejusdem Domini millesimi sexcentesimi sexagesimi noni decreviſſet non eſſe locum petitiæ diſmembrationi; & ſubinde Decretum hujusmodi feliciſ recordationis Clemens Papa Nonus Prædeceſſor noſter per ſuas Literas Apoſtolicas in forma Brevis ſub annulo Piſcatoris die ſexta ejusdem mensis Septembris prædicti anni Domini millesimi ſexcentesimi ſexagesimi noni deſuper expeditas Apoſtolica auctoritate approbaſſet & confirmaſſet: Deinde vero reportata nova Audientia, & Cauſa iterum in eadem Congregatione propoſita, Congregatio ipſa primum Decretum variis de cauſis confirmando, reſpondiſſet die decima quinta mensis Februarii anni ſimiliter Domini millesimi ſexcentesimi ſeptuageſimi ſecundi ſtandum eſſe in Deciſis: Primo, quia bonæ
me-

memoriae Henricus de Peralta & Cardenas
 tunc temporis Archiepiscopus Burgenfis, re-
 vocato consensu praestito, seu potius clam
 ante illius praestationem protestato, & tunc
 existens Abbas Secularis & Collegiatae Eccle-
 siae Loci *de Santillana* dictae Burgenfis Dice-
 cesis dismembrationi hujusmodi obstiterant;
 dictus Henricus Archiepiscopus scilicet, ne
 annuus introitus Mensae Archiepiscopalis Bur-
 genfis, ejusque Jurisdictio & Dicecesis quid-
 quam diminuerentur; Abbas vero praedictus,
 ne ejus Abbatia supprimeretur: Secundo, quia
 pariter obstiterant tunc existentes Capitulum
 & Canonici dictae Metropolitanae Ecclesiae
 Burgenfis, ac Dignitates in ea obtinentes,
 aegre ferentes quod quinque Praebendae, seu
 Dignitates ipsius Metropolitanae Ecclesiae se-
 jungerentur, & illarum respective fructus
 dictae Mensae Archiepiscopali Burgenfi appli-
 carentur, sicut meditatum fuerat, pro com-
 pensandis aliquo modo redditibus & Decimis
 quae ab ipsa Mensa Archiepiscopali dismem-
 brabantur: Tertio, quia praedictus Locus
 SANCTI ANDERII non erat Civitas, sed simplex
 Villa exiguae populationis: Quarto, quia tunc
 temporis comparuerant alii Hispaniarum Epif-
 co-

5
copi suis officiis faventes Archiepiscopo & Capitulo Burgenſi, forte ſuſpicantes ad hujusmodi exemplum fore etiam facilius diſmembrandas ſuas æque vaſtas Diœceſes: Et ultimo tandem, prætermiſſis aliis cauſis in Actis productis, quia quondam tunc in humanis agens Marchio de Aſtorga nuncupatus, tunc dum viveret, pro claræ etiam memoriæ Carolo Secundo Rege Hiſpaniarum Catholico in Urbe Orator, poſt peractas nomine dicti Caroli Regis commendationes cum tunc exiſtentibus ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus ejuſdem Congregationis favore eorundem tunc exiſtentium Incolarum dicti Loci SANCTI ANDERII, deſtiterat omnino commendationes hujusmodi reiterare in actu reſolutionis Cauſæ, & fortasſe etiam illas revocaverat de mandato quidem Reginæ Matris dicti Caroli Regis tunc Regnum in minori ætate ejus Filii regentis, ob quaſdam peculiareſ cauſas tunc temporis interventas, ex quo fortasſe motivo dicta Congregatio tunc exiſtentium Cardinalium prædictorum cenſue-
rat tunc temporis petitam diſmembrationem, & novi Episcopatus erectionem non expedire.

Nos

Nos igitur attendentes nūc, quod ad
 præsens, non dilecti Filii moderni Incolæ dicti
 Loci SANCTI ANDERII principaliter, sed cha-
 rissimus in Christo Filius noster Ferdinandus
 hoc nomine Sextus, Rex Hispaniarum Catho-
 licus, de consilio tam suæ Camera Regalis,
 quam aliorum Virorum zelo & doctrina præ-
 ditorum, ad Divini cultus augmentum, &
 pro bono animarum eorundem Incolarum,
 ut ipsi tandem aliquando suum vicinum ha-
 beant Pastorem & Episcopum, & illum vi-
 deant quem raro aut fere nunquam hacten-
 us viderunt, & ab eo dirigantur in viam
 salutis, per organum dilecti etiam Filii nos-
 tri Joachimi Tituli Sanctæ Mariæ in Transty-
 berim nuncupatæ de Urbe, ejusdem Sanctæ
 Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis Por-
 tocarrero nuncupati, ejusdem Ferdinandi Re-
 gis Ministri, & apud Sedem Apostolicam dic-
 torum Regnorum Hispaniarum Protectoris,
 enixè instet pro dismembratione modo & for-
 ma infra facienda Archiepiscopatus Burgen-
 sis, & erectione novi Episcopatus in dicto
 Loco SANCTI ANDERII, & ad hujusmodi
 effectum ipse Ferdinandus Rex media ejus
 Cedula Regali liberaliter cesserit juri quod ei
 pro-

provenit à Nominationibus per Sanctam Sedem fieri solitis de Personis eidem Regi gratis ad Pensiones quibus ab eadem Sancta Sede gravari solent fructus Ecclesiæ Burgenfis; in illorum tamen tertia parte, qui pensionibus prædictis amplius non gravabuntur; quodque Venerabilis Frater noster modernus Archiepiscopus Burgenfis die decimaquinta mensis Novembris anni ejusdem Domini millesimi septingentesimi quinquagesimi cum ad prædictam Metropolitanam Ecclesiam Burgensem quæ de Jure patronatus prædicti Ferdinandi Regis ex privilegio Apostolico, cui non est hæcenus in aliquo derogatum, fore dignoscitur, certo tunc expresso modo, Pastoris solatio destitutam, ab eodem Ferdinando Rege præsentatus, & ad illam quoque Apostolica auctoritate promotus fuerat; & dilecti etiam Filii moderni Abbates, unius videlicet dicti Loci SANCTI ANDERII, & alterius Secularium & Collegiatarum Ecclesiarum ejusdem Loci *de Santillana*, unus videlicet illorum unam in primodicta, & alter in secundodicta Collegiatis Ecclesiis alteram Abbatias respectively in eis Dignitates principales existentes, quæ de Jure patronatus prædic-

ti Ferdinandi Regis ex fundatione , vel dotatione existunt, ad præsens obtinentes præstiterint, & ipsi moderni Abbates respective præstant de præsenti : ac mature perpendentes quod dismembratio quæ nunc postulatur, uti magis æqua & moderata ac commoda , longe differat à dismembratione aliàs, ut præfertur , proposita , quia Loca, ut infra , dismembranda sejungenda & separanda , sunt illa à Civitate Burgenfi remotiora , & ex Ducatis quadraginta duobus millibus circiter monetæ illarum partium , quos redditus prædictæ Mensæ Archiepiscopalis dictæ Metropolitanæ Ecclesiæ Burgenfis annuatim attingunt, non separantur nisi omnes redditus , Jura , procuraciones , & Decimæ maris & terræ intra Territorium Diœcesis de novo, ut infra , efformandæ posita : Quæ omnia futuro Episcopo Ecclesiæ Santanderiensis, ut infra, erigendæ pro ejus sustentatione &, ut infra, assignanda ad Ducatos duodecim mille monetæ similis plus minusve , deductis expensis , ascendunt , nilque penitus Præbendæ Capituli dictæ Metropolitanæ Ecclesiæ quoad eorum introitum diminuuntur, sed pro augendis fructibus , & respective ex integro dotandis Præbendis Dignitatibus ac

Ca-

Canonicatum, aliorumque Beneficiorum in dicta Collegiata Ecclesia SANCTI ANDERII, ut infra, supprimenda & extinguenda, & in Episcopalem Ecclesiam Santanderiensem etiam, ut infra, erigenda antiquitus erectorum, & inibi de novo, ut infra, erigendorum, atque etiam pro dotanda Fabrica, & Sacristia Ecclesiæ Santanderiensis, ut infra, erigendæ redditus unius & alterius Abbatiarum prædictarum pariter, ut infra, supprimendarum & extinguendarum ad sex mille Ducatos monetæ similis ascendentes erunt desumendi & applicandi.

Quamobrem, post auditum per Nos in scriptis dilectum similiter Filium nostrum Henricum Tituli Sancti Eusebii prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyterum Cardinalem Enriquez nuncupatum super recentioribus Literis Nobis à prædicto moderno Archiepiscopo scriptis, dictoque Henrico Cardinale, utpote optime instructo de materia de qua agitur, attestante verum esse præsentem redditum dictæ Mensæ Archiepiscopalis Burgenfis in Ducatis quadraginta duobus millibus ejusdem monetæ, ac causas deveniendi ad peritam dismembrationem justas esse; Piis dicti Ferdinandi Regis votis libenter annuere

volentes , ac omnes & singulos quorum favorem eadem præsentis concernunt , & eorum quemlibet à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis , & Interdicti , aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris & pœnis à Jure , vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt , ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes & absolutos fore censentes: Motu proprio & ex certa scientia , deque Apostolicæ potestatis plenitudine prædictas binas Resolutiones dictæ Congregationis tunc existentium Cardinalium prædictorum Apostolica auctoritate tenore præsentium revocamus & annullamus , illasque de medio tollimus & abolemus , ac prædictas ejusdem Clementis Prædecessoris Literas in forma Brevis, ut præfertur, expeditas nullius roboris, vel momenti fore & esse eadem Apostolica auctoritate declaramus, perinde ac si Resolutiones prædictæ nunquam emanatæ , & prædictæ dicti Clementis Prædecessoris Literæ hujusmodi nunquam expeditæ fuissent; Necnon omnem litem, illiusque status & merita, nominaque & cognomina Collitigantium, seu Contradictantium super hoc negotio tam in dicta Congregatione

ga-

gatione , quam alibi in quocumque Judicio & coram quocumque Judice pendentem, penitus & omnino extinguimus & pro extincta haberi volumus per præsentes. Et licet dictus modernus Archiepiscopus Burgenfis nuper curaverit per binas Epistolas ad Nos scriptas , & alteram ad Congregationem Concilii suum revocare consensum , pluresque excitaverit difficultates adversus hujusmodi dismembrationem per Nos , ut infra , faciendam , nihilominus , agnitis hujusmodi difficultatibus tanquam minus subsistentibus , consensum suum hujusmodi, ut præfertur , præstitum pro non revocato habentes , nihilque penitus attendentes tam retractationem , siquæ sit, dicti moderni Archiepiscopi Burgenfis insubistentibus causis innixam , quam dissensum dilectorum similiter Filiorum modernorum Capituli & Canonicorum dictæ Metropolitana Ecclesiæ Burgenfis, ac Dignitates in ea obtinentium , utpote irrationabiliter & absque justa causa contradicentium , quandoquidem agitur de illorum parvo præjudicio, cujusmodi est Visitationis tempore Sedis Archiepiscopalis Burgenfis vacantis ; necnon attentis causis prædictis & noviter superventis , & potissimum

simum utilitatē & causa publica , salute Animarum & necessitate urgente, cum consensibus à dicto Rege, uti Patrono atque Protectore, & à duobus modernis Abbatibus Collegiatarum Ecclesiarum prædictarum respectivè præstitis , ac si consensus Capituli interfuisset, & Archiepiscopus prædictus à consensu , ut præfertur , præstito nullo modo recessisset, unam & alteram Abbantias prædictas, illarumque respectivè titulum collativum, denominationem, naturam & essentiam Abbatiarum collativarum, ita quod ex nunc illæ collativæ esse desinant, & de cætero uti tales in titulum collativum conferri nullatenus unquam possint , necnon prædictam Collegiatam Ecclesiam dicti Loci SANCTI ANDERII, illiusque pariter denominationem, naturam & essentiam Secularis & Collegiatæ Ecclesiæ de dicti Ferdinandi Regis & qui illum, ut præfertur, præstiterunt de modernorum Abbatum prædictorum respectivè consensu Apostolica auctoritate prædicta perpetuo supprimimus & extinguimus, & à prædicta Diœcesi Burgenſi prædictum Locum SANCTI ANDERII , quod, sicut accepimus, hoc intermedio tempore tum Populi frequentia, tum commercii incremento, tum

tum etiam ex aliis superventis qualitatibus magis conspicuum redditum est & dignum ut elevaretur , prout ex dicti Ferdinandi Regis beneficentia in Civitatem jam forsan elevatum fuit , & consequenter etiam dignum est ut Episcopali Cathedra per Nos, ut infra, decoretur ; Necnon eam partem seu Territorium vulgo nuncupatum *Montañas Baxas*, seu *Partido de Peñas abaxo* , aquis vertentibus versus Mare Oceanum , id est à Loco de *Murieta* in confinibus Archiepiscopatus Burgen-
 sis cum Episcopatu Calagurritano usque ad Vallem de *Lievana* finitimam cum Dicecesi Palentina , in qua parte seu Territorio comprehenduntur Villæ, Valles, Montes & Loca cum omnibus suis districtibus & Vicariis respective , nempe *los Valles de Angulo* , *Mena Mayor y Menor* , *Balmaseda* , *Sopuerta* , *Arcentales* , *Portugalete* , *Salcedo* , *Somorrostro*, *Carranza* , *Castro-Urdiales* , *Junta de Samano* , *Galdamez* , *Turcios* , *Guriezo* , *Liendo*, *Laredo* , *Santoña* , *Treto* , *Xivaja* , *Soba*, *Ruesga* , *Rasines* , *las Merindades de Trasmiera* , *las Juntas de Voto y Zesto* , *las de Parayas* , *y de Cudeyo* , *Carriedo* , *Toranzo*, *Cayón* , *Iguña* , *Camargo Mayor* , *y Menor*,
 San-

Santillana, *San Vicente de la Barquera*, *Cabuerniga*, *Cabezòn*, *Buelna*, *Montes de Pas*, *Aeza y Anieva*, ac alia cum omnibus Vallibus, Villis, Vicariis & Locis intra comprehensis usque ad *Pie de Concha*, prout designantur in Charta Geographica pro ejus identitate à dilecto pariter Filio nostro Joanne Jacobo Tituli Sancti Chrysogoni ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinale Millo nuncupato, Prodatario nostro, subscripta, Apostolica auctoritate prædicta etiam perpetuo dismembramus, sejungimus & separamus: Illisque sic suppressis dismembratis sejunctis & separatis, prædictum Locum SANCTI ANDERII Civitatem Santanderiensem nuncupandam dicta Apostolica auctoritate similiter perpetuo creamus, eique Civitatis titulum & denominationem eadem Apostolica auctoritate concedimus, & impartimur: Necnon primodiectam Collegiatam Ecclesiam ad laudem & honorem Omnipotentis Dei, ac Beatæ Mariæ Virginis, & Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, Fideique Catholicæ exaltationem, & totius Militantis Ecclesiæ gloriam in Episcopalem Ecclesiam Santanderiensem nuncupandam sub titulo Assumptionis Beatæ Mariæ

riæ Virginis , & in ea Episcopalis Præsidis Santanderiensis Sedem pro uno deinceps futuro Episcopo Santanderiensi nuncupando cum suis Capitulo , Sigillo , Arca , & Mensa Episcopalibus , qui omnibus Insigniis Episcopalibus , necnon privilegiis honoribus & prærogativis Episcopis debitis & concessis, ac Juribus , Jurisdictionibus , facultatibus, præeminentiis, gratiis, favoribus, & Indultis realibus & personalibus & mixtis, quibus aliæ Episcopales Ecclesiæ Regnorum Hispaniarum, earumque respective Præsules, non tamen titulo oneroso seu ex Indulto aut Privilegio particulari, utuntur fruuntur potiuntur & gaudent , ac uti frui potiri & gaudere possunt, dicta Apostolica auctoritate pariter perpetuo erigimus, & instituimus, ac nomine titulo & honore Episcopali decoramus : Necnon pro tempore existentem prædictæ Ecclesiæ Santanderiensis Præsulem in Episcopum declaramus, eique ut ipse cætera singula , prout Episcopis in eorum Civitatibus & Diœcesibus à Jure indultum extitit , facere administrare & exequi ac in dicta Civitate & Diœcesi , ut præfertur, assignata plenam omnimodam Ordinariam, Diœcesanam , & Episcopalem Jurisdictionem

exercere possit, eadem Apostolica auctoritate facultatem concedimus & impertimur : Et pro ejusdem Ecclesiæ Santanderiensis Diœcesi prædictam Civitatem Santanderiensem, ubi Episcopus Santanderiensis pro tempore existens residebit, ac omnia Loca à prædicta Diœcesi Burgenſi per Nos, ut præfertur, dismembrata sejuncta & separata & in prædicta Charta Geographica, ut præfertur, descripta cum omnibus Ecclesiis, Vicariis, Parœciis, Beneficiis, Locis piis, Monasteriis, Clero, Personis Secularibus & Regularibus in eisdem Locis per Nos, ut præfertur, dismembratis sejunctis & separatis ac in prædicta Charta Geographica, ut præfertur, descriptis existentibus & commorantibus ; ita quod illa in futurum eisdem modo & forma, prout hætenus eidem moderno Archiepiscopo Burgenſi suisque Prædecessoribus prædictæ Metropolitanæ Ecclesiæ Burgenſis Præsulibus subjecta remanserunt, Episcopo Santanderiensi pro tempore existenti etiam perpetuo remanere debeant (servata tamen Jurisdictione, ut antea, eidem moderno Archiepiscopo ejusque Successoribus dictæ Metropolitanæ Ecclesiæ Burgenſis Præsulibus super reliqua Loca ejus Diœcesis, quæ remanent à

Pe-

Peñas abaxo, seu de *Peñas à Castilla* aquis vertentibus versus Civitatem Burghensem) Apostolica auctoritate prædicta itidem perpetuo concedimus & assignamus ; ipsamque Ecclesiam Santanderiensem Metropolitanæ Ecclesiæ Burghensi prædictæ uti Suffraganeam subjicimus, & subjectam esse dicta Apostolica auctoritate declaramus : Pro residentiâ vero & habitatione Episcopi Santanderiensis pro tempore existentis prædicti in eadem Civitate Santanderiensi Palatium ad prædictum Abbatem dictæ Collegiatae Ecclesiæ, ut præfertur, suppressæ & extinctæ, in Episcopalem Ecclesiam Santanderiensem etiam, ut præfertur, erectæ, tunc spectans, pariter concedimus & perpetuo assignamus.

Utque primodicta Collegiata Ecclesia in Episcopalem Ecclesiam Santanderiensem, ut præfertur, erecta ex omni parte perfectior reddatur, condignoque Capitulo ac Canonorum numero cum quinque Dignitatibus condécoretur, in ea ultra Dignitates, ut infra, declarandas ac Canonicatus & Præbendas ac Portiones & Beneficia ac Cappellanas in eadem primodicta Collegiata Ecclesia in Episcopalem Ecclesiam Santanderiensem, ut præ-

fertur , erecta nunc respective existentes &
 existentia , quas & quæ , ut antea , inibi per-
 sistere volumus , unum Decanatum qui inibi
 post Pontificalem major existat pro uno Pres-
 bytero futuro primodiætæ Collegiatæ Ecclesiæ
 in Episcopalem Ecclesiam Santanderiensem,
 ut præfertur , erectæ Decano , qui illius Capi-
 tuli caput existat & in Choro, Capitulo , Pro-
 cessionibus, cæterisque functionibus & actibus
 Capitularibus publicis & privatis primodiætæ
 Collegiatæ Ecclesiæ in Episcopalem Ecclesiam
 Santanderiensem, ut præfertur , erectæ præemi-
 nentiam & primum locum habeat : ac unum
 Archidiaconatum SANCTI ANDERII nuncupan-
 dum , qui etiam inibi secundæ respective Dig-
 nitates existant , pro uno Clerico seu Presby-
 tero futuro in primodiætæ Collegiata Eccle-
 sia in Episcopalem Ecclesiam Santanderien-
 sem , ut præfertur , erectæ Archidiacono SAN-
 CTI ANDERII nuncupando : necnon unum &
 unam Doctorem ac alterum & alteram Ca-
 nonicatus & Lectoralem respective nuncupan-
 das Præbendas pro uno & altero Clericis seu
 Presbyteris futuris in ea Canonicis Doctorali
 & Lectorali respective nuncupandis , cum Ca-
 pitulo, Stallo , Mensa Capitulari , Bursa , Arca,
 &

& Sigillo communibus ac omnibus & singulis aliis Capitularibus signis & Insigniis aliis Cathedralibus Ecclesiis earumque Capitulis de Jure, usu, consuetudine, privilegio, aut aliàs quomodolibet, non tamen ex Indulto seu Privilegio particulari, competentibus; Quique Decanus & Archidiaconus SANCTI ANDERII nuncupandus prædicti ac Dignitates, ut infra, declarandas inibi nunc obtinentes, necnon singuli Canonici sedebunt in Choro juxta ordinem infrascriptum: & tam ipsi quam Portionarii & Beneficiati ac Cappellani nunc in primodicta Collegiata Ecclesia in Episcopalem Ecclesiam Santanderiensem, ut præfertur, erecta existentes, quorum unus vel plures ad Curam animarum Dilectorum quoque Filiorum Parochianorum primodictæ Collegiatæ Ecclesiæ in Episcopalem Ecclesiam Santanderiensem, ut præfertur, erectæ exercendam idoneus vel idonei juxta indigentiam pro Cura Animarum hujusmodi exercitio deputabitur vel deputabuntur, prout infrascriptis Exequutoribus magis expediens videbitur, apud eandem primodictam Collegiatam Ecclesiam in Episcopalem Ecclesiam Santanderiensem, ut præfertur, erectam personaliter residere, ac in ea
fin-

singulis diebus ac debitis temporibus horas
 Canonicas ac Maiorem seu Conventualem aut
 alias Missas, cæteraque Divina Officia solita
 & consueta cum debita mentis attentione, ser-
 vataque Ecclesiastica disciplina, psallere de-
 cantare recitare ac respective celebrare, ac
 alias primodiætæ Collegiætæ Ecclesiæ in Epif-
 scopalem Ecclesiam Santanderiensem, ut præ-
 fertur, erectæ in Divinis laudabiliter deservi-
 re; necnon Episcopo Santanderiensi pro tem-
 pore existenti, prout in aliis Cathedralibus
 Ecclesiis praticari solet, inservire debeant &
 teneantur, dicta Apostolica auctoritate etiam
 perpetuo erigimus & instituimus. Et insuper
 quod Scholastria in locum Prioratus primo-
 diætæ Collegiætæ Ecclesiæ in Episcopalem
 Ecclesiam Santanderiensem, ut præfertur, erec-
 tæ subroganda, sit Tertia, & Cantoratus Quar-
 ta, & Thesaurariatus, nunc respective in pri-
 modiætæ Collegiætæ Ecclesia in Episcopalem
 Ecclesiam Santanderiensem, ut præfertur, erec-
 ta existentes, Quinta respective Dignitates: &
 unus ex Canonicatibus & Præbendis in pri-
 modiætæ Collegiætæ Ecclesia in Episcopalem
 Ecclesiam Santanderiensem, ut præfertur, erec-
 ta persistere volitis, deinceps Magistralis, ut
 an-

antea , nuncupetur & existat : Quodque primus ex eisdem Canonicatibus & Præbendis vacaturus in eadem primodicta Collegiata Ecclesia in Episcopalem Ecclesiam Santanderiensem , ut præfertur, erecta etiam, ut præfertur , persistere volitis, ex nunc prout ex tunc in Pœnitentiarium erectus & institutus censeatur & sit, dicta Apostolica auctoritate declaramus: Illisque sic erectis institutis declaratis & persistere volitis , pro Mensæ Episcopalis & Episcopatus Santanderiensis dote, illiusque Præsulis pro tempore existentis congrua subsistentia duas tertias partes omnium reddituum prædictorum constituentes duodecim mille Ducatos prædictæ monetæ plus minusve ab eisdem infra scriptis Exequutoribus assignandos, aut super Decimis & Juribus , ut supra , à redditu dictæ Mensæ Archiepiscopalis Burgenfis , ut præfertur, dismembratis sejunctis & separatis, vel super Ducatis sex mille annuis similibus unius & alterius Abbatiarum prædictarum , ut præfertur , suppressarum & extinctarum : Quæ tamen duæ tertiæ partes hujusmodi sive Ducati duodecim mille monetæ prædictæ poterunt, ut præfertur , pro illorum tertia parte gravari Pensionibus pro personis
ad

ad illas, ut præfertur, nominandis, dicto tamen Ferdinando Regi ejusque Successoribus Regibus Hispaniarum Catholicis gratis & acceptis, eadem Apostolica auctoritate reservandis, ipsæque duæ tertiæ partes pro earum rata erunt subjectæ oneribus Subsidiî & Excusati à Sede Apostolica approbatis, ad differentiam superextantium reddituum prædictæ Mensæ Archiepiscopalis Burgenfis, qui in futurum licet non erunt liberi pro rata à prædictis oneribus Subsidiî & Excusati, attamen erunt semper exempti & immunes à quacumque etiam minima Pensione vel imponenda seu proroganda, prout ex ejus munificentia & mera liberalitate dictus Ferdinandus Rex, quantum ad se spectat, in Cedula Regali, ut præfertur, etiam promisit, dummodo non transeat in exemplum in casu aliarum similium Dismembrationum & Ereccionum vel in Indiis vel in Regnis Hispaniarum faciendarum: ita quod liceat futuro Episcopo Santanderiensi omnium fructuum, jurium, obventionum & emolumentorum duarum tertiarum partium reddituum hujusmodi sibi, ut præfertur, assignandorum, veram realem, & actualem possessionem per se vel alium seu alios ejus ac dictæ Mensæ Episc-

Episcopalis Santanderiensis nomine propria auctoritate libere apprehendere & apprehensam perpetuo retinere, fructus quoque, jura, obventiones & emolumenta sibi, ut præfertur, assignanda hujusmodi quæcumque dictarum duarum tertiarum partium reddituum prædictorum percipere exigere levare ac in ejus & dictæ Mensæ Episcopalis Santanderiensis usus & utilitatem convertere, cujusvis licentia desuper minime requisita, eadem Apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus & assignamus. Pro Mensæ Capitularis vero primodictæ Collegiatæ Ecclesiæ in Episcopalem Ecclesiam Santanderiensem, ut præfertur, erectæ, necnon Decanatus & Archidiaconatus SANCTI ANDERII nuncupandi, ac Scholastriæ & Cantoratus, ac Thesaurariatus, ac singulorum Canoniciatum & Præbendarum ac Portionum & Beneficiorum ac Cappellaniarum hujusmodi Dote, illosque & illas ac illa pro tempore obtinentium congrua sustentatione, ac onerum etiam eis pro tempore respective incumbentium supportatione nedum ipsis Dignitatibus per Nos, ut præfertur, declaratis ac Canonicatibus & Præbendis ac Portionibus & Beneficiis & Cappellaniis in

D

ea-

eadem primodiſta Collegiata Eccleſia in Epiſcopalem Eccleſiam Santanderienſem , ut præfertur , erecta etiam , ut præfertur , perſiſtere volitis , redditum annuum quem ad præſens habent, præſervamus; verum etiam illum augeri & Decanatu & Archidiaconatu SANCTI ANDERII nuncupando , ac uni & unæ Doctorali ac alteri & alteræ Canonicatibus & Lectorali nuncupandis Præbendis , ut præfertur, erectis congruum redditum & quidem etiam Fabricæ , & Sacriſtiæ primodiſtæ Collegiata Eccleſiæ in Epiſcopalem Eccleſiam Santanderienſem , ut præfertur , erectæ pro earum reſpective manutentione annuos redditus de & ſuper redditibus & proventibus annuis à prædicta Menſa Archiepiſcopali dictæ Metropolitanæ Eccleſiæ Burgenſis, ut præfertur, diſmembratis ſejunctis & ſeparatis , vel à Ducatis ſex mille prædictæ monetæ quibus unam primodiſtæ Collegiata Eccleſiæ in Epiſcopalem Eccleſiam Santanderienſem, ut præfertur, erectæ , & alteram Abbatias ſecundodiſtæ Collegiata Eccleſiæ etiam, ut præfertur , ſuppreſſas & extinctas ante unius & alterius Abbatiarum hujusmodi ſuppreſſionem & extinctionem reſpective obtinentes, fruebantur, ab eiſdem

dem infraſcriptis Exequutoribus reſpective aſſignari poſſe facultatem expreſſe concedimus: Cum hoc tamen quod Canonicatus & Doctoralis ac Lectoralis & Magiſtralis ac Pœnitentiaria reſpective nuncupandæ Præbendæ primodiſcæ Collegiatæ Eccleſiæ in Episcopalem Eccleſiam Santanderienſem, ut præfertur, erectæ, dum illos & illas pro tempore vacare contigerit, perpetuo ab Episcopo ac Capitulo & Canonicis Santanderienſibus pro tempore exiſtentibus per Oppositionem & Concurſum non ſecus ac ſi in cunctis Cathedralibus & Metropolitanis Eccleſiis Regnorum Hiſpaniarum fieri ſolet provideantur: Omnes vero Dignitates & reliqui omnes Canonicatus ac Præbendæ & Beneficia tam primodiſcæ Collegiatæ Eccleſiæ in Episcopalem Eccleſiam Santanderienſem, ut præfertur, erectæ, quam quælibet alia Beneficia Eccleſiaſtica in Diceceſi exiſtentia cum Cura & ſine Cura ac tam ſimplicia quam perſonalem reſidentiam requirentia quam illa non habentia Beneficia Eccleſiaſtica, cujuſvis generis illa ſint etiam Patrimonialia ſive Secularia vel quorumvis Ordinum Regularia, in omnibus & per omnia ad formam Concordati nuper

inter Nos & Sedem Apostolicam prædictam ac ipsum Ferdinandum Regem initi & die vigesima mensis Februarii anni ejusdem Domini millesimi septingentesimi quinquagesimi tertii ratificati absque eo quod quidquam innovetur respective provideri debeant.

Et ne dicta Collegiata Ecclesia prædicti Loci de *Santillana*, cujus Abbatia inibi Dignitas principalis, ut præfertur, suppressa & extincta est, deserta derelicta & absque Capite in futurum remaneat, ei præficiendus semper erit ille quem ad præsens Priorem vocant & sui Successores Priores similiter nuncupandi: & tam ipsa Collegiata Ecclesia de *Santillana* quam Prior & ejus in Prioratu hujusmodi Successores Ordinariæ & Diocesanae Jurisdictioni pro tempore existentis Episcopi Santanderiensis omnimode subjecimus, illique subiecta & subiecti remanebunt, subsistentibus cæteris ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ de *Santillana* absque ulla immutatione. Et insuper Jus patronatus & præsentandi Personas idoneas Romano Pontifici pro tempore existenti ad dictam Ecclesiam Episcopalem Santanderiensem per Nos, ut præfertur, erectam etiam pro hac prima vice à primæva illius
erec-

erectione & institutione hujusmodi vacantem,
 & deinceps quotiescumque illam Pastoris so-
 latio destitui contigerit, eidem Ferdinando
 Regi ejusque Successoribus Regibus Hispania-
 rum Catholicis eadem Apostolica auctoritate
 pariter perpetuo reservamus concedimus &
 assignamus, ac Jus patronatus & præsentan-
 di hujusmodi eidem Ferdinando Regi ejusque
 Successoribus Regibus Hispaniarum Catholi-
 cis competere, illudque Juris patronatus Re-
 gii naturam essentiam & vigorem assequi &
 obtinere, ac sub quibusvis revocationibus sus-
 pensionibus limitationibus aliisque contrariis
 dispositionibus nullatenus comprehendi posse
 aut debere sed semper ab illis exceptum esse
 & censi : Necnon eundem Ferdinandum
 Regem ejusque Successores Reges Hispania-
 rum Catholicos quoad Jus patronatus & præ-
 sentandi hujusmodi illiusque fruitionem om-
 nibus & singulis privilegiis exemptionibus
 gratiis & Indultis quibus alii Regales Princi-
 pes ex veris dotatione & fundatione à primæ-
 va Beneficiorum Ecclesiasticorum à se funda-
 torum & dotatorum erectione utuntur fruun-
 tur potiuntur & gaudent, uti frui potiri &
 gaudere posse; nec Juri patronatus & præ-
 sen-

sentandi hujusmodi ullo unquam tempore & ex quavis causa quantumvis gravi & ex quovis prætextu per Romanum Pontificem pro tempore existentem seu Sedem prædictam etiam motu scientia & potestatis plenitudine paribus in toto vel parte derogari posse ; & quotiescumque tales derogationes emanabunt, toties ipsum Jus patronatus & Jus præsentandi in pristinum statum restitutum fore & esse, dictumque Jus patronatus & præsentandi nihilominus illæsum & intactum remanere Apostolica auctoritate prædicta pariter perpetuo declaramus.

Præterea eisdem futuris & pro tempore existentibus Ecclesiæ Santanderiensis Episcopo, Capitulo, & Canonicis, ac Dignitates prædictas obtinentibus, ut ipsi Capitulariter congregati pro dictæ Ecclesiæ Santanderiensis ac illius Mensæ Capitularis Sacristiæ & Fabricæ prædictarum, earumque rerum & bonorum tam Spiritualium quam temporalium prospero & felici statu regimine gubernio & directione, ac onerum eis pro tempore respective incumbentium supportatione, Missarum, Horarum Canoniarum diurnarum pariter & nocturnarum, aliorumque Divinorum Officiorum

rum Processionum, Funeralium & Anniver-
 riorum celebratione, ac de Dignitatibus ac
 Canonicatibus & Præbendis ac Portionibus &
 Beneficiis & Cappellaniis aliisque Ministeriis
 Ecclesiasticis inibi pro tempore providendis
 receptione & admissione, personali residentia,
 distributionum etiam quotidianarum & emo-
 lumentorum quorumcumque repartitione &
 administratione, pœnarum per absentes à Di-
 vinis Officiis & functionibus suis loco & tem-
 pore non interessentes, seu onera & munia eis
 respective incumbencia subire negligentes in-
 currendarum impositione atque incurfu, sin-
 gulorum præsentis & absentis notandis, cœ-
 remoniis & ritibus in primodicta Collegiata
 Ecclesia in Episcopalem Ecclesiam Santande-
 riensem, ut præfertur, erecta illiusque Choro
 Capitulo Processionibus & aliis ritibus ser-
 vandis, necnon illius Ministris deputandis &
 amovendis, salariis & stipendiis eorum cui-
 libet assignandis, & quibuscumque aliis rebus in
 præmissis & circa ea quomodolibet necessariis
 & opportunis, quæcumque Statuta Ordinatio-
 nes Capitula & Decreta, licita tamen & honesta
 ac Sacris Canonibus & Concilii Tridentini
 Decretis & Constitutionibus Apostolicis mini-
 me

me contraria, condere & edere, conditaque & edita pro temporum & rerum variatione & qualitate mutare limitare corrigere declarare & interpretari ac in meliorem formam redigere, aut alia de novo etiam ex integro de consensu tamen semper Episcopi Santanderiensis pro tempore existentis condere, & per eos ad quos pro tempore spectabit, sub pœnis in contravenientes statuendis observari facere libere & licite valeant plenam liberam & omnimodam facultatem potestatem & auctoritatem eadem Apostolica auctoritate itidem perpetuo concedimus & impertimur. Ulterius eisdem Decano & Archidiacono SANCTI ANDERII nuncupando, ac Scholastico, & Cantori, ac Thesaurario, & singulis Canonicis ac Portionariis & Beneficiatis ac Cappellanis primodictæ Ecclesiæ Collegiatæ in Episcopalem Ecclesiam Santanderiensem, ut præfertur, erectæ pro tempore existentibus, ut ipsi eorumque Officiales & Ministri, ac res, bona, proprietates, & jura quæcumque omnibus & singulis tam spiritualibus quam temporalibus privilegiis immunitatibus exemptionibus præeminentiis antelationibus concessionibus indultis favoribus & gratiis quibus cæterarum Eccle-



Ecclesiarum Cathedralium Episcopaliū Hispaniarum Regnorum Capitula, Dignitates, Canonicatus Portiones Beneficia & Cappellanas in eis obtinentes, earumque Officiales & Ministri, ac bona, jura, res & proprietates de Jure, usu, consuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet; non tamen titulo oneroso, seu ex Indulto, aut privilegio particulari, utuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent, ac uti frui, potiri & gaudere possunt & poterunt quomodolibet in futurum, similiter & pariformiter & absque ulla prorsus differentia; dummodo tamen illa sint in usu, & non revocata nec sub aliqua derogatione comprehensa, Sacrisque Canonibus & prædicti Concilii Tridentini Decretis ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis prædictis non repugnent, uti, frui, potiri & gaudere libere & licite possint & valeant, perinde ac si eis nominatim & expresse concessa fuissent, eadem Apostolica auctoritate etiam perpetuo concedimus & indulgemus. Præsentes quoque semper & perpetuo validas & efficaces esse & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, nec ullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet cau-

fa, quantumvis juridica & legitima, etiam ex eo quod idem modernus Archiepiscopus ac prædicti Capitulum & Canonici dictæ Metropolitanæ Ecclesiæ Burgensis, & Dignitates de *Triviño* & de *Balpuesta* Archidiaconatum respective nuncupatas & alias, cujusvis generis & nominis sint, in ea obtinentes, seu quicumque alii, cujuscumque dignitatis, gradus, conditionis & præminentia sint, in præmissis omnibus & singulis, & circa ea quomodolibet & ex quavis causa, ratione, vel occasione jus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes, illis non consenserint; aut ad id vocati, citati & auditi non fuerint, & causæ propter quas eadem præsentis emanarunt, adductæ, verificatæ & justificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut jus, vel interesse habentium consensus, aut quolibet alio, quantumvis magno, substantiali, inexcogitato & inexcogitabili, ac specificam & individuum mentionem requirente defectu; seu etiam ex eo quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates & quævis alia servanda & adimplenda servata & adimpleta non fuerint; aut ex quocumque alio

ca-

capite; aut jure vel facto, aut statuto vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis enormissimæ, totalisque læsionis; aut quocumque alio colore prætextu, ratione, vel causa, & quantumvis justa, rationabili, legitima, pia, privilegiata, etiam tali quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret; aut quod de voluntate nostra & aliis superius expressis nullibi appareret, seu aliàs probari non posset, notari, impugnari, invalidari, in Jus, vel controversiam revocari, aut ad viam & terminos Juris reduci, aut adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, aut aliud quodcumque Juris, vel facti, aut gratiæ vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet, etiam motu, scientia & potestatis plenitudine similibus concessio & impetrato, aut emanato, quempiam uti, seu se juvari in Judicio vel extra illud posse; neque easdem Præsentes sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam per Nos & Successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes ac Sedem eandem, etiam motu, scientia & potestatis plenitudine

paribus, etiam consistorialiter, ex quibuslibet
causis & sub quibusvis verborum tenoribus
& formis, ac cum quibusvis clausulis & De-
cretis, etiam si in eis de eisdem præsentibus,
earumque toto tenore ac Data specialis men-
tio fiat, pro tempore factis & faciendis, ac
concessis & concedendis comprehendere, vel con-
fundi, sed tanquam ad Divini Cultus incre-
mentum, ad utilitatem, necessitatem & causam
publicam consulendam, & ad æternam anima-
rum salutem, ædificationem & solatium fac-
tis & emanatis, semper ab illis excipi; & quo-
ties illæ emanabunt, toties in pristinum & va-
lidissimum statum restitutas, repositas & ple-
narie reintegratas ac de novo, etiam sub qua-
cumque posteriori Data, per futuros & pro
tempore existentes Episcopum & Capitulum
& Canonicos Santanderienses prædictos, &
alios quorum favorem eadem præsentis quo-
modolibet concernunt, quandocumque eli-
genda, concessas, validasque fore & esse, suos-
que plenarios & integros effectus sortiri &
obtinere, & sic ab omnibus censer; & ita per
quoscumque Iudices Ordinarios, vel Delega-
tos, etiam Causarum Palatii nostri Apostolici
Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Eccle-
siæ

fiæ Cardinales, etiam de Laterè Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuntios, & quoslibet alios quavis auctoritate, potestate, prærogativa & privilegio fungentes, ac honore & præeminentia fulgentes, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, in quocumque Judicio & in quacumque instantia judicari & definiri debere; & quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, motu, scientia & potestatis plenitudine similibus irritum & inane decernimus; & nostræ & Cancellariæ nostræ Apostolicæ Regulæ *de Jure quæsito non tollendo*, cæterisque contrariis quibuscumque expresse derogamus.

Et insuper Venerabili Fratri nostro Episcopo Legionensi, ac dilectis pariter Filiis Abbati Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Isidori Diocesis Legionensis, ac Joanni de Noriega Canonico Lectorali nuncupato Ecclesiæ Legionensis, necnon Præposito Ecclesiæ Oscensis per præsentem committimus & mandamus quatenus ipsi omnes insimul, aut duo ad minus eorum per se, & quatenus opus sit, per suos delegatos in aliquibus casibus & rerum circum-

cumstantiis, easdem præsentēs in eis contenta quæcumque ubi & quandocumque opus fuerit, solemniter publicantes, & in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra easdem præsentēs & in eis contenta, de consilio tamen & deliberatione prædicti Ferdinandi Regis, tamquam Patroni & Protectoris, ab omnibus & singulis ad quos spectat & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, illisque, pacifice frui & gaudere; non permittentes quempiam ex futuris Episcopo Santanderiensi, ac Decano, & Archidiacono, ac Scholastico, & Cantore, ac Thesaurario, ac Canonicis & Portionariis, ac Beneficiatis & Cappellanis primodictæ Collegiatæ Ecclesiæ in Episcopalem Ecclesiam Santanderiensem, ut præfertur, erectæ desuper quomodolibet indebite molestari; necnon pro eorum arbitrio, prudentia & experientia in uno potius loco, quam in alio annum redditum Mensæ Episcopalis Santanderiensis assignent, ac redditus novarum Dignitatum ac Canoniatuum & Præbendarum noviter, ut præfertur, erectarum & erectorum, ac Fabricæ & Sacristiæ prædictis firment; ac pro exercitio Curæ animarum hujusmodi idoneos Ministros

tros deputent , atque etiam congruam reli-
 quarum Dignitatum ac reliquorum Canonici-
 catuum & Præbendarum & Beneficiorum dic-
 tæ Ecclesiæ Santanderiensis , ut præfertur , per-
 sistere volitarum & volitorum augeant; & de-
 mum modo magis eis bene viso dictos Du-
 catos octodecim mille prædictæ monetæ , plus
 minusve à redditibus prædictæ mensæ Archi-
 episcopalis Burgensis , ut præfertur , dismem-
 bratis , & ab una & altera Abbatiis prædictis
 etiam , ut præfertur , dismembratis , & ab una
 & altera Abbatiis prædictis etiam , ut præfer-
 tur , suppressis & extinctis respective prove-
 nientes , dividant : Contradictores quoslibet &
 rebelles usque ad ultimam consummationem
 Dismembrationis , & Erectionis prædictarum
 per sententias , censuras & pœnas Ecclesiasticas ,
 aliaque opportuna Juris & facti remedia , om-
 ni appellatione postposita , compescendo , ac
 legitimis super his habendis servatis Processi-
 bus , servataque forma Concilii Tridentini , sen-
 tentias , censuras & pœnas hujusmodi incur-
 risse declarando , ac etiam iteratis vicibus
 aggravando , invocato etiam ad hoc , si opus
 fuerit , Brachii secularis auxilio ; non obstanti-
 bus , quoad supradictam Judicum prædictorum
 de-

deputationem, piæ memoriæ Bonifacii Papæ Octavi etiam Prædecessoris nostri, in qua cavetur expresse ne quis extra suam Civitatem, vel Diœcesim, nisi in certis inibi expressis & exceptis casibus, & in illis non ultra unam Dietam à fine suæ Diœcesis computandam ad Judicium evocetur, seu ne Judices à Sede prædicta deputati extra Civitatem, vel Diœcesim in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere audeant vel præsumant, & in Concilio Generali edita de duabus Dietis, dummodo tamen ultra tres Dietas aliquis vigore earundem præsentium ad Judicium non trahatur, ac quibusvis aliis, etiam in Synodalibus Provincialibus universalibus & generalibus Conciliis editis vel edendis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus & Ordinationibus, necnon nostris & Cancellariæ Apostolicæ Regulis *de Jure quæsito non tollendo*, ac de gratiis non concedendis ad instar, ac de exprimendo vero annuo valore in Beneficiorum Ecclesiasticorum unionibus, eorumque fructuum reddituum & proventuum dismembrationibus & applicationibus, ac de eisdem dismembrationibus, applicationibus & suppressionibus ad partes

res committendis , ac Lateranensis Concilii
novissime celebrati suppressiones , uniones &
applicationes perpetuas , nisi in casibus à Jure
permisissis fieri prohibentis , ac quatenus opus
sit, primodictæ Collegiatæ Ecclesiæ in Episco-
palem Ecclesiam Santanderiensem , ut præfer-
tur , erectæ, etiam juramento , confirmatione
Apostolica , vel quavis firmitate alia roborat-
is Statutis & Consuetudinibus, Privilegiis quo-
que , Indultis & Literis Apostolicis quibuscumque
Superioribus & Personis in genere, vel in spe-
cie sub quibuscumque tenoribus & formis ac
cum quibuscumque etiam derogatoriis derogato-
riis , aliisque efficacioribus efficacissimis &
insolitius clausulis ac irritantibus , & aliis De-
cretis in genere vel in specie, etiam motu, scien-
tia & potestatis plenitudine paribus , ac etiam
confidentialiter aut alias quomodolibet, etiam
pluries & iteratis vicibus in contrarium præ-
missorum concessis, approbatis, confirmatis &
innovatis: Quibus omnibus & singulis, etiam
si pro illorum sufficienti derogatione aliàs de
illis, eorumque totis tenoribus specialis, speci-
fica, expressa & individua mentio, aut aliqua
etiam exquisita forma ad hoc servanda foret,
tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum,

nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata & inserti forent, eisdem Præsentibus pro plene & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium & singulorum validitatis effectum hac vice dumtaxat harum quoque serie latissime & plenissime, ac specialiter & expresse motu, scientia & potestatis plenitudine similibus similiter derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod earundem præsentium Transumptis, etiam Typis impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis & Sigillo alicujus Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ eadem prorsus fides in Judicio & extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si illæ exhibitæ forent, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, revocationis, annullationis, abolitionis, suppressionis, perpetuarum declarationum, suppressionum, extinctionum, dismembrationum, suppressionum, erectionum, institutionum, concessionum, facultatum, impartitionum, indultorum, assignationum, permissionis, præfectionis, reservationis, decretorum, derogationum & voluntatis infringere,

re, vel ei ausu temerario contraire. Si quis au-
tem hoc attentare præsumperit, indignatio-
nem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri &
Pauli Apostolorum ejus se noverit incurfu-
rum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam
Majorem Anno Incarnationis Dominicæ mil-
lesimo septingentesimo quinquagesimo quar-
to, pridie Idus Decembris, Pontificatus nostri
anno quintodecimo. = Loco ✠ Plumbi.

Concordat cum originali. Datum
Matriti. 7 Martij ann. 1755.

Aug. Ep. no. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839.

Joseph Rodriguez
Certific
Pre-oyt. eta Not. Jopp.



